

007

Miseria cum bea  
titudine iuncta.

Iob.

Exemplum de helia.

Spiritualiter aspice. et tamen carnalis infirmitatis tue memorare. Hunc est  
etiam quod plerumque qui plus in contemplatione raptus. contingit ut  
amplius in temptatione fatigetur. Sicut quibusdam sepe contingere bene pro  
ficentibus solet. quorum mentem dum aut epunctio afficit. aut contempla  
tio super se ipsam raptat. statim eam temptatio sequitur. ne de his ad que  
raptus extollit. Hanc compunctione ut contemplatione ad deum erigit. sed  
temptationis sue pondere reuerberat ad se ipsam. quatenus temptatio ag  
grauet. ne contemplatio inflet. et item contemplatio eleuet. ne temptatio dimer  
gat. Si enim sic contemplatio utolleret. ut temptatio funditus deesset.  
in superbia animus caderet. Et si sic temptatio premeret. ut contemplatio non  
leuaret. plene in culpa liberetur. Sed mira dispensatione in quodam me  
dio anima librat. ut neque in bonis superbiat. neque in malis cadat. Unde  
et per beatum Iob de domino dicitur. Et aquas appendit mensura. Aquas quippe  
domini mensura appendere est. inter prospera et aduersa. ut dona et tempta  
tiones. inter summa et infima. animarum sensum in humilitate custodire. Sic  
helias igne de celo deposuerat. aquas celo ligauerat. et tamen pauore  
unius mulieris territus. per desertum fugiebat. Apparet fugienti angelus.  
cubum prebet. quia longum iter restat predicat. et tamen timore de corde non  
excuit. quia in prophete mente magna erat custodia fortitudinis. illa  
infirmitas timoris. Sequitur. **E**t pone cor tuum in omnia que ego osten  
di tibi. Quia ut ostendant tibi adductus es huc. annuntia omnia  
que tu uides domui Iherusalem. Pone cor tuum. Ac si dicat. Considera. quia  
ut ostendant tibi adductus es huc. et annuntia omnia que tu uides  
domui Iherusalem. Id est ideo es adductus ut uideas. et ideo uides ut annunties.  
Quia quisquis spiritualia uidendo proficit. oportet ut hec loquendo etiam  
aliis propinet. Unde quippe ut annuntiet. qui in eo quod in se profecerit.